est generaliter fere hunc eclipsim. Eoque tempore multi barones de Francia cum populo copioso transfretare[a] incipiunt.

a) transfetare c.

MCCXIX. Ierusalem a Coradino filio Saphaldini capitur, murosque et omnia destruxit excepto templo Domini et turri David. De sepulcro Domini destruendo consilium habuerunt Saraceni, et litteris coronati sunt, quas civibus Damiate ad eorum ~~consolationem~~ transmittunt. Sed hanc temeritati nemo potuit ~~manum~~ praesumpsit propter reverentiam loci. Sicut enim in Alchorano continetur, Iesum Christum credunt de Maria virgine conceptum et natum prophetam et plus quam prophetam sine peccato ~~fuisse~~ vixisse, caecos illuminasse, leprosos mundasse, mortuos suscitasse, verbum et spiritum dei et virum ad celos ascendisse. Unde quando tempore treguarum Ierusalem ascendunt sapientes ipsorum, codices evangeliorum sibi postulabant exhiberi et osculabantur et venerabantur propter mansuetiam quam Christus docuit, et maxime propter evangelium Luce: Missus est et cet.

b) postulant cor — labant

c) quam

XVII. pars. De captione Damiate.

Nonis igitur Novembr. Damiata capta est sine deditione, sine violenta contumaciae predatione, ut soli Deo ascriberetur victoria. Quod cernens soldanus sua castra comburens confusus abscessit, et de spoliis ditatus est populus christianus, et preter interfectos pestilentia et fame usque ad 30000 Saracenorum capta sunt, platee[a], domus et lectuli multi repleti erant[b] fetore et cadaveribus mortuorum. // Missis deinde viris quasi[c] mille ad explorandum Thanis[d] mense Novembr., vacuum castrum, quo nullum magis munitum, sponte relinquunt. // Ante captionem Damiate liber

a) platei c.

b) erat c.

c) q.

d) thanis c